

N O T A E

ne *Aschenaz*, ut ex *Benjamino* & *Davide Camio* notat *Joh. Drufius* lib. 1. *Animadvers.* c. 41. Et jam tūc apud *Ezechielem Prophetā* *Thogerma* de Germanis interpretatur *Chaldeus* interpres, duobus locis, cap. 27. de domo *Thogerma* equos & equites. c. 38. *Gomer* & *universa eius agmina domus Thogerma*, latera *Aquilonis*. ut *præclare* observavit. *Hadria. Junius* in *Batavia* c. 21. Apud *Græcos* verò *Germani* ab omni antiquitate noti & celebres sunt sub nomine *Celtarum*: quod eis cum *Gallis* commune fuisse constat, imò illis potius quàm his convenire, idem *Doctis.* *Vir* demonstrat cap. 22. *Josephus* illos *Gomeri* posteros, etiam *Rhegines* (à *Rheno*, ut puto, quasi *Rhenigenas* aut *Rhenenses*) à *Græcis* dictos ait, lib. 1. cap. 7. *Τομάρη ἡδὲ Ἀχανάξις μὲν ἀχανάξας ὠκισεν, οἱ δὲ Πηγῖνες ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων καλοῦνται.* *Romanis* verò diversis & perpetuis bellis cogniti fuerunt *Cimbri*, *Teutones*, *Germani*, *Alemanni*, *Franci*, *Saxones*, *Gothi*, *Vandali*, *Longobardi*. Atq; utinam extarent de *Germanorum bellis* libri peculiare, quos *Valerius Bassus* poëta, *Plinius Secundus*, & *Asinius Quadratus* condiderunt: quorum illius *Tacitus*, hujus *Agathias* meminerunt: item *Ablabii* & *Dionis Gothica*, quorum *Iornandes*, & *secundigesta Longobardorum* quorum *Paulus Diaconus*.

A D C A P U T I

P. 5. *De Principatuum origine*) Idem argumentum eruditè tractat *Æn. Sylvius* cap. 1. & seq. de ortu & auctore *Rom. Imp.* quem ad hunc ipsum *Fridericum III. Imp.* tunc illi à consiliis & secretis scripsit. Item *Dantes Aligiarius* de *Monarchia* lib. 1.

P. 7. *Gladius ante Principem*.) per *Præfectum prætorio*. Unde nobile *Trajani* dictum: *Hoc pome utere, si iuste imperavero: sin minus, contra me.* Ita apud posteriorem aulam fuerunt *Spatarii* & *Protospatarius*: apud *Francos* *Bafanus Sicambrorum Rex* quocunq; ibat, *gladium & funem* sibi præferri jussit in signum *justitiæ*: & *Carolo M.* ante ejus tribunal *Spatata nuda* more imperiali ferebatur, teste *Turpino* cap. 20. Et in *Germanico Imperio*, *Saxo Dux portitor Ensis*, de quo infra.

*Apostoli verba.*) Οὐ γὰρ εἰκὴ τὴν μαχαίραν φέρει ἢ ἐξουσία. Θεὸς γὰρ διάκονός ἐστιν, ἐκδικοῦσάσ ὁργάνον τῆς ἀγαθῆς κακῶν πρᾶξεων π. *Rom.* 13.

C A P.